



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Querela

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

mentor, diciturque à quæ & res, nam lamentando quæ res sit, quæ nos agitet, explicare solemus. Verum sine diphthongo scribitur, & corrumpit primam, vt differat à queror, quod est passivum huius verbi quæro. Hinc querimonia pariter, quod idem, est quod lamentatio, & questus pro lamentatione. Ouid. *Et quoties aliquos parat edere questus, Sibilat, hanc illi vocem natura reliquit.*

¶ SIMILITUDO.

Plutarchi. Quidam Homeri versus acephalos, id est, capite dimittunt, & *paucos*, id est, cauda diminutos excerpunt, tam multa integra pulcherrimaq; prætermissentes: Idem faciunt, qui de paucis vitæ malis queruntur, dissimulatis tot commoditatibus in *Moralibus.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Querimoniæ exempla: Elias 1. Reg. 19. 14. Rom. 11. 3. Ieremias ob destructam Inrusalem, *Thren. 1. v. 1.* Querimonia iustæ *exempla.* Moyfes, *Exod. 5. 22.* Iosuah, *Ios. 7. 7.* Gedcon, *Judic. 6. 13.* Populus, *Nehem. 5. 1.* Christus, *Matth. 27. 46.* Marc. 15. 34.

Vide, Luctus, Dolor, Afflicio, Tribulatio.

Quies.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Quies, Græcè *κίνησις*, nō, n̄, & *ἠσυχία*, quietio dicitur. Est autem quies, id quod est in re, de cuius aptitudine est, vt moveatur, non tamen est mota. *secund. Albert. Magn. in Philosophia sua super libros Physicorum.*

Quies est privatio motus in illo de cuius aptitudine est vt moveatur, non tamen est motus. *secund. Avicennam.*

Quies, quod proprie somnum significat, dicta quasi qui tibi es, & nullo alio negotio distineris. Tunc enim ceteris negotiis non vacamus, cum dormimus. Propter quod etiam pro tranquillitate accipitur quies, à quo fit requies eiusdem significationis; & quietus, tranquillus, & quietudo, quietio & requiesco.

Requies, Græcè *ἀνάπαυσις*, nō, n̄, siue *ἀνάπαυσις*, nō, n̄, & *ἀναπαύω*, quietio dicitur. Est autem requies laboris intermissio, quæ omnino in hominum vita necessaria est, *vt testatur Aristot. lib. Ethic. 4. c. 8.*

¶ LOCI BIBLICI.

Quies continget populo Dei, *Hebr. 4. 9.* Quietem & pacem terram consequentur iusti, *Sapient. 3. 3. & 4. 1. Esai. 57. 2. Luc. 16. 22. Apoc. 14. 13.* Quietem invenire animæ suæ, *Ierem. 6. 16. Matth. 11. 29.*

Quiescendum à peccatis, *Rom. 6. 6. & Gal. 2. 18.*

Quieti sumus, *1. Thess. 4. 11.*

Requies vera in Christo querenda, *Matth. 11. 29.* requies piis apparatus, *2. Thessal. 1. 7. Hebr. 4. 3.* requies nulla inobedientibus, *Deut. 28. 65.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Ouid. Epist. 4.
Quod caret alterna requie, durabile non est.
Sen. Her. Act. 4.
Detur aliquando otium, Quiesque secessus.
Ouid. Epist. 4.
Hæc reparat Sires, seque membra leuat.
Arcus, & arma tua tibi sunt imitanda Diana.
Si nunquam cesses tendere molli eris.
In solo Deo quies & tranquillitas.
Anthol. sacr. Iacob. Billij.
Ancipitis vitæ qui vis superare labores,
Dilige quod seemper serus amator habet,
Instant terrenis iustis pericula rebus,
Fervens pro damnis prelia, proque lacris.
Et nihil est inter carnalia vota querendum,
Nec pax sollicitis, nec modus est cupidis.
In solo est mens tua Deo, quem linquere votens,
Nunquam eris aeterno non opulenti a bono.

¶ APOPTHEGMATA.

Chilon dicebat, semper damnandam esse quietem, quoniam dicitur honestum otium. Nihil enim est, quod assiduum laborem peccatum possit. *Laert. lib. 1. c. 4.*

Dion dicere solebat, oportere moderate dominari, & necessariis precipientibus id permittendum esse. Remissiones enim & ab exercitiis abotibus quies, ad novos labores homines præparant. Sicut arcus & lyra, ita & homines quiete vigent. *Strob. serm. de liberis nō ac servis.*

Nemo adeo in arma promptus est, vt non idem precium quietis quam periculi malit. *Tacit. hist. lib. 4.*

¶ SIMILITUDO.

Thimeri. Sicuti natura nusquam patitur vacuum, ita equanimus visquam quietem. *in apoph.*

¶ FABVLA.

Hirundo & Luscina.

Hirundo quodam tempore in sylvas longe euolat, ubi reperit in solis locis suavissimè cantantem lusciniam in sempiternum canere atque luctu, ob ityn filium suum, qui esset tam crudelis in matrem, re occisus. Hanc compellans hirundo: *Mea dicitur inquit, tu, salve, quam ego hodie primum post Traciam ceterudinem intruor oculis meis.* Sed age, conser te ad homines & memora atque sylvas desere, ibi enim tecum multo commodius habitare poteris, vbi non feræ bestie, sed homines a faucibus tuarum. Respondit huic luscina: *Sine, mea foror, me hic in huiusmodi vitam degere. Nam ædificia & hominum vsus memoriarum tuarum calamitatum mihi renouarent.*

Fabula docet, præfere foris & in solitudine vivere quietem, quam in vrbibus & frequentia hominum cum molestia.

Vide, Solitudo, Tranquillitas.

FINIS LIBRI DECIMI QVINTI.

POLYANT

PC

POLYANT